Nr. 4829.

CURRENDA XXIII.

A. D. 1880.

Nr. 200/præs.

De Sancto Thoma Aquinate

Patrono caelesti studiorum optimorum cooptando.

LEO PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum hoc sit et natura insitum et ab Ecclesia catholica comprobatum, ut a viris sanctitate praeclaris patrocinium, ab excellentibus autem perfectisque in aliquo genere exempla ad imitandum homines exquirant; idcirco Ordines religiosi non pauci, Lycea, coetus litteratorum, Apostolica Sede approbante, jamdiu magistrum ac patronum sibi sanctum Thomam Aquinatem esse voluerunt, qui doctrina et virtute, solis instar, semper eluxit. Nostris vero temporibus, aucto passim studio doctrinarum ejus, plurimi extiterunt, qui peterent, ut cunctis ille Lyceis, Academiis, et scholis gentium catholicarum, hujus Apostolicae Sedis auctoritate, patronus assignaretur. Hoc quidem optare se plures Episcopi significarunt, datis in id litteris cum singularibus tum communibus; hoc pariter studuerunt multarum Academiarum sodales et collegia doctorum supplice atque humili obsecratione deposcere. — Quorum omnium incensas desiderio preces cum differre visum esset, ut productione temporis augerentur, idonea ad rem apportunitas accessit ab Encyclicis Litteris Nostris *De philosophia christiana ad mentem s. Thomae Aquinatis Doctoris Angelici in scholis catholicis instauranda*, quas superiore anno hoc ipso die publicavimus. Etenim Episcopi, Academiae, doctores decuriales Lyceorum, atque ex omni terrarum regione cultores artium optimarum se Nobis dicto audientes et esse et futuros una pene voce et consentientibus animis testati sunt: imo velle se in tradendis philosophicis ac theologicis disciplinis sancti Thomae vestigiis penitus insistere; sibi enim non secus ac Nobis, exploratum esse affirmant, in doctrinis Thomisticis eximiam quamdam inesse praestantiam, et et ad sananda mala, quibus nostra premitur aetas, vim virtutemque singularem. Nos igitur, qui diu multumque cupimus, florere scholas disciplinarum universas tam excellenti magistro in fidem et clientelam commendatas, quoniam tam clara et testata sunt com-

munia omnium desideria, maturitatem advenisse censemus decernendi, ut Thomae Aquinatis immortale decus novae hujus accessione laudis cumuletur.

Hoc est autem caussarum, quibus permovemur, caput et summa; eminere inter omnes sanctum Thomam, quem in variis scientiarum studiis, tamquam exemplar, catholici homines intueantur. Et sane praeclara lumina animi et ingenii, quibus ad imitationem sui jure vocet alios, in eo sunt omnia: doctrina uberrima, incorrupta, apte disposita; obsequium fidei et cum veritatibus divinitus traditis mira consensio; integritas vitae cum splendore virtutum maximarum.

Doctrina quidem est tanta, ut sapientiam a veteribus defluentem, maris instar, omnem comprehendat. Quidquid est vere dictum aut prudenter disputatum a philosophis ethnicorum, ab Ecclesiae Patribus et Doctoribus, a summis viris qui ante ipsum floruerunt; non modo ille penitus dignovit, sed auxit, perfecit, digessit tam luculenta perspicuitate formarum, tam accurata disserendi ratione, et tanta proprietate sermonis, ut facultatem imitandi posteris reliquisse, superandi potestatem ademisse videatur. Atque illud est permagnum, quod ejus doctrina, cum instructa sit atque apparata principiis latissime patentibus, non ad unius dumtaxat, sed ad omnium temporum necessitates est apta, et ad pervincendos errores perpetua vice renascentes maxime accomodata. Eadem vero, sua se vi et ratione confirmans, invicta consistit, atque adversarios terret vehementer.

Neque minoris aestimanda, christianorum praesertim hominum judicio, rationis et fidei perfecta convenientia. Evidenter enim sanctus Doctor demonstrat, quae ex rerum genere naturalium vera sunt, ab iis dissidere non posse, quae, Deo auctore, creduntur; quamobrem sequi et colere fidem christianam, non esse humilem et minime generosam rationis servitutem, sed nobile obsequium, quo mens ipsa juvatur et ad sublimiora eruditur, denique intelligentiam et fidem a Deo ambas proficisci, non simultatum secum exercendarum caussa, sed ut sese amicitiae vinculo colligatae mutuis officiis tueantur. — Cujus convenientiae mirabilisque concordiae cunctis beati Thomae scriptis expressa imago perspicitur. In iis enim excellit atque eminet modo intelligentia, quae quod vult, fide praeeunte, consequitur in pervestigatione naturae; modo fides, quae rationis ope illustratur ac defenditur, sic tamen, ut suam quaeque inviolate teneat et vim et dignitatem; atque, ubi res postulat, ambae quasi foedere icto ab utriusque inimicos debellandos conjunguntur. Ac si magnopere semper interfuit, firmam rationis et fidei manere concordiam, multo magis post saeculum XVI interesse existimandum est; quoniam per id tempus spargi semina coeperunt finem et modum transeuntis libertatis, quae facit ut humana ratio divinam auctoritatem aperte repudiet, armisque a philosophia quaesitis religiosas veritates pervellat atque oppugnet.

Postremo Angelicus Doctor non est magis doctrina, quam virtute et sanctitate magnus. Est autem virtus ad periclitandas ingenii vires adipiscendamque doctrinam praeparatio optima; quam qui negligunt, solidam fructuosamque sapientiam falso se consecuturos putant, propterea quod *in malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis* [1]) Ista vero comparatio animi, quae ab indole virtutis proficisci-

[1]) Sap. I, 4.


tur, in Thoma Aquinate extitit non modo excellens atque praestans, sed plane digna, quae aspectabili signo divinitus consignaretur. Etenim cum maximam voluptatis illecebram victor evasisset, hoc veluti praemium fortitudinis tulit a Deo pudicissimus adolescens, ut lumbos sibi arcanum in modum constringi, atque una libidinis faces extingui sentiret. Quo lecto, perinde vixit, ac esset ab omni corporis contagione seiunctus, cum ipsis angelicis spiritibus non minus innocentia, quam ingenio comparandus.

His de caussis dignum prorsus Angelicum Doctorem judicamus, qui praestes tutelaris studiorum cooptetur. Quod cum libenter facimus, tum illa Nos consideratio movet, futurum ut patrocinium hominis maximi et sanctissimi multum valeat ad philosophicas theologicasque disciplinas, summa cum utilitate reipublicae, instaurandas. Nam, ubi se scholae catholicae in disciplinam et clientelam Doctoris Angelici tradiderint, facile florebit sapientia veri nominis, firmis hausta principiis, ratione atque ordine explicata. Ex probitate doctrinarum probitas gignetur vitae cum privatae tum publicae: probe vivendi consuetudinem salus populorum, ordo, pacata rerum tranquillitas consequentur. — Qui in scientia rerum sacrarum elaborant, tam acriter hoc tempore lacessita, ex voluminibus sancti Thomae habituri sunt, quo fundamenta fidei christianae ample demonstrent, quo veritates supernaturales persuadeant, quo nefarios hostium impetus a religione sanctissima propulsent. Eaque ex re humanae disciplinae omnes non impediri aut tardari cursus suos, sed incitari augerique sentient; ratio vero in gratiam cum fide, sublatis dissidiorum caussis, redibit, eamque in indagatione veri sequetur ducem. Demum quotquot sunt homines discendi cupidi, tanti magistri exemplis praeceptisque conformati, comparare sese integritate morum assuescent; nec eam rerum scientiam consectabuntur, quae a caritate sejuncta inflat animos et de via deflectit, sed eam quae sicut a *Patre luminum* et *scientiarum Domino* exordia capit, sic ad eum recta perducit.

Placuit autem hac super re sacri etiam Consilii legitimis ritibus cognoscendis perrogare sententiam; quam cum perspexerimus, dissentiente nemine, votis Nostris plane congruere, Nos ad gloriam omnipotentis Dei et honorem Doctoris Angelici, ad incrementa scientiarum et communem societatis hnmanae utilitatem, sanctum Thomam Doctorem Angelicum suprema auctoritate Nostra Patronum declaramus Universitatum studiorum, Academiarum, Lyceorum, scholarum catholicarum, atque uti talem ab omnibus haberi, coli, atque observari volumus, ita tamen ut sanctis caelitibus, quos jam Academiae aut Lycea sibi forte patronos singulares delegerint, suus honos suusque gradus etiam in posterum permanere intelligatur.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die IV. Augusti MDCCCLXXX. Pontificatus Nostri anno Tertio.

Theodulphus Card. **Mertel.**



Nr. 204/pr.

In Exercitiis Spiritualibus, Tarnoviae diebus 21. 22. 23. Septembris 1880 celebratis participabant Sequentes Sacerdotes:

A) E Clero Civitatis Tarnoviae:

1. Rmus Canonicus Rector Leśniak Martinus. 2. Rmus Canonicus hon. et Cancellarius Walczyński Stan. 3. A. R. Dr. Góralik S. Th. Professor. 4. A. R. Dr. Bąba S. Th. Professor. 5. A. R. Dr. Kopyciński S. Th. Professor. 6. A. R. Radwański Clemens Vice-Rector Sem. 7. A. R. Jaworski Joannes Pater Spirit. 8. A. R. Krysta Franciscus Præfectus Stud. 9 A. R. Lipiński Fran. Senior Collegii Vicar. 10. A. R. Siemiński Alex. Vic. Cath. 11. A. R. Mika Michael Vic. Cath. 12. A. R. Walczyński Franc. Vic. Cath. 13. A. R. Nikiel Joseph. Vic. Cath. 14. A. R. Maryniarczyk Mathias Vic. Cath.

B) E Clero Dioecesano:

15. Rmus Canonicus Rybarski Joann. Paroch. Tuchov. 16. R. Sopata Michael Coop. e Wierzchosławice. 17. A. R. Guzik Adalbertus Paroch. e Pcim. 18. A. R. Solak Laurentius Curat. in Lubień. 19. R. Łazowski Ant. Coop. e Myślenice. 20. A. R. Fiedor Cantius Paroch. e Droginia. 21. R. Dobrzański Ant. Coop. Tuchov. 22. A. R. Gruszka Andr. Paroch. e Nawojowa. 23. R. Białkowski Franc. Coop. e Straszęcin. 24. R. Bieniek Jos. Coop. e Kamienica. 25. A. R. Kopacz Joann. Curat. e Skrzyszów. 26. R. Łątka Adalb. Coop. e Szczepanów. 27. R. Franczak Jos. Coop. e Dembno. 28. Rmus La Croix Parochus e Radłów. 29. R. Komperda Mathias Coop. e Dobczyce. 30. A. R. Lepiarz Casimirus Paroch. e Pstrągowa. 31. A. R. Garbiński Michael Paroch e Brzeźnica. 32. R. Fijaś Franc. Coop. e Trzciana. 33. Rmus Wróbel Ant. Paroch. e Niepołomice. 34. R. Gruszecki Ant. Coop. e Łętownia. 35. A. R. Clmus Mazurkiewicz Jos. Dr. S. Theol. Curatus ex Olesno. 36. R. Habryło Jos. Coop. ex Jordanów. 37. A. R. Dura Joseph. Parochus e Rabka. 38. A. R. Rampelt Henricus Curatus ex Ujanowice. 39. A. R. Watulewicz Ant. Curat. e Ciężkowice. 40. A. R. Twardowski Stanislaus Curatus e Wilczyska. 41. A. R. Płonkowski Romualdus, Paroch. e Książnice. 42. Rmus Kitrys Joann. Paroch. e Szczurowa. 43. A. R. Chodacki Stanislaus Paroch. e Radgoszcz. 44. R. Sękowski Andr. Catecheta Director Scholae puellarum in Staniątki. 45. R. Hradeczny Henricus Coop. ex Jurków. 46. A. R. Górski Ignatius Curatus e Szynwałd. 47. R. Polniaszek Petrus Coop. e Lubzina. 48. R. Szczerbowski Joannes Coop. e Bochnia. 49. A. R. Lewandowski Petr. Curatus e Gromnik. 50. A. R. Jaglarz Franc. Curatus e Gnojnik. 51. R. Blacha Ant. Coop. e Gdów. 52. A. R. Nikliborc Stanislaus Curatus e Nockowa. 53. R. Unger Bartholomaeus Coop. e Ciężkowice. 54. R. Gruszczyński Boleslaus Coop. e Czermin. 55. A. R. Fąferko Carolus Parochus e Siemiechów. 56. R. Bobczyński Joannes Coop. e Wojnicz 57. R. Bryjski Joseph. Coop. Expositus e Pogorska Wola. 58. R. Wojcieszek Andreas Coop. e Łęki. 59. R. Zając Joannes Coop. e Bobowa.

Intertenebant haec Exercitia RR. Jackowski Henricus et Załęski Stanislaus Patres e Societate Jesu.

Durantibus Exercitiis, pro solamine spirituali, exoravit apud SSm. Patrem Leonem XIII. h. Canonicus et Cancellarius Noster Rmus Walczyński Stanislaus, via telegraphica, benedictionem Apostolicam pro ipsis recollisantibus et revera die Sabbati, ergo post discessum ex Exercitiis, hora 7 $^1/_2$ vespere advolavit Roma Tarnoviam sequens telegramma: „Canonico Cancellario Rd. Walczyński. Petitam pro istis sacerdotibus ad peragenda Exercitia spiritualia congregatis Apostolicam Benedictionem Summus Pontifex peramanter impertit. L. Card. Nina;“ quem quidem lætissimum nuntium Vobis Fratres Venerabiles communicantes, gratias Deo agimus, quod voci Nostrae obedientes pro Exercitiis spiritualibus tam frequenter anno hoc comparuistis. Satagite ulterius Fratres in Spiritu novi hominis, quem secundum Deum induistis procedere et salutem Vestram et commissorum Vobis fideliam certam reddere Amen!

Tarnoviae die 26. Septemb. 1880.

L. 4343.

Wykaz wylosowanych na dniu 31. Sierpnia 1880 listów galicyjskiego banku hipotecznego.

Serya **A.** na **100** złr. Nr. 15 67 85 100 106 165 205 207 304 317 365 375 438 457 476 642 643 656 687 737 748 766 849 939 **1**116 141 163 168 177 185 252 534 542 372 529 611 622 649 662 688 695 731 732 776 792 821 822 937 947 949 997 **2**000 020 030 031 086 163 181 185 281 315 342 400 401 413 567 599 612 689 693 727 729 730 810 860 877 896 912 939 990 **3**006 036 175 253 295 386 393 399 431 454 476 512 603 608 639 663 688 691 692 693 700 702 719 827 845 884 **4**072 108 153 194 195 307 313 382 437 449 521 565 609 617 634 637 640 804 811 824 839 855 936 952 **5**020 041 120 141 168 206 235 291 308 313 319 391 429 511 540 548 557 571 809 871 988 **6**019 038 103 131 136 191 276 295 322 401 418 472 479 485 500 559 578 602 614 628 629 653 654 712 739 744 750 775 807 836 847 855 872 882 899 927 953 971 975 989 **7**035 040 055 057 137 146 156 160 234 235 248 264 282 291 304 308 359 360 366 369 382 388 480 482 496 507 512 580 622 630 648 669 734 746 747 750 785 786 836 849 899 917 978 **8**012 066 072 087 092 097 129 157 266 270 277 283 285 291 350 425 454 491 554 565 573 578 604 703 720 727 743 775 780 810 969 **9**054 076 096 162 170 178 244 248 252 257 272 323 363 371 430 470 588 604 636 641 712 735 741 751 824 833 949 968 989 **10**002 022 030 039 091 118 134 163 228 229 269 288 332 415 438 467 490 540 576 656 677 718 766 823 840 882 890 913 **11**125 188 190 248 277 288 310 416 545 732 816 869 893 937 **12**012 021 085 097 153 209 233 251 303 348 506 528 532 624 729 733 740 805 849 885 901 971 **13**056 059 092 109 238 301 327 527 567 612

619 667 706 708 735 749 755 784 858 886 900 907 955 **14**012 031 053 101 168 231 481 525 565 591 633 733 738 790 833 845 851 855 885 888 892 976 **15**194 217 224 274 351 357 358 392 443 618 665 681 896 956 993 **16**007 052 230 231 267 345 386 418 477 545 619 622 754 769 776 789 795 838 876 885 888 910 947 954 971 972 **17**064 105 112 176 194 195 199 233 243 254 338 384 403 490 524 577 670 683 689 724 728 731 771 809 868 870 **18**013 051 112 116 137 138 179 198 203 215 **2**30 234 266 274 281 293 297 602 633.

Serya **B.** na **300** złr. Nr. 101 135 151 173 185 198 218 240 250 297 304 308 337 339 370 414 524 528 547 642 650 692 700 706 719 785 799 802 831 895 927 948 **1**013 043 080 101 115 315 381 435 540 584 682 730 817 861 880 887 **2**021 023 036 111 191 233 314 405 617 628 720 726 828 850 915 973 **3**108 127 159 175 187 213 238 299 322 325 374 397 400 451 484 498 508 521 534 558 574 576 592 644 646 671 723 729 775 800 807 871 915 946 **4**096 100 121 160 190 222 249 278 306 324 372 380 415 417 474 487 521 524 545 555 571 593 608 625 629 630 683 689 798 838 881 914 952 988 **5**127 130 131 170 173 179 313 367 368 375 381 421 550 562 628 646 651 897 923 953 975 994 **6**006 128 144 172 240 246 438 519 525 543 566 705 918 **7**005 015 018 085 089 135 155 158 186 189 204 225 252 331 340 408 498 568 631 775 880 889 902 912 936 **8**032 085 157 160 162 340 454 662 686 717 725 779 819 863 872 889 896 903 920 **9**023 039 041 066 070 074 180 213 307 315 317 322 542 720 754 811 827 837 839 896 908 928 965 **10**051 066 096 151 179 203 208 255 333 337 342 346 362 390 393 408 479 532 543 557 648 781 801 813 **11**081.

Serya **C.** na **500** złr. Nr. 6 21 43 64 134 154 268 276 333 338 366 487 490 541 568 616 620 633 643 692 712 799 803 805 809 815 815 824 863 896 **1**013 055 079 163 167 184 197 234 295 318 358 395 449 468 479 531 541 585 626 643 678 685 703 715 722 778 817 821 873 919 940 **2**062 080 105 136 242 255 257 272 387 395 405 457 558 596 648 654 731 737 937 944 **3**000 322 329 337 395 397 424 509 651 823 846 870 892 965 978 997 **4**054 056 062 125 151 155 158 229 365 368 377 388 390 483 557 601 608 654 675 688 698 729 831 899 957 **5**126 136 141 273 288 290 306 341 403 487 493 505 515 517 560 578 630 655 729 741 753 768 820 823 827 977 **6**030 055 058 096 128 156 231 258 292 380 471 478 572 612 615 708 788 824 **7**011 085 133 182 190 200 266 316 333 390 399 414 418 445 472 578 628 652 714 729 774 804 805 838 885 915 951 **8**151 173 343 351 361 494 519 590 775 939 966 **9**045 110 114 133 145 154 171 241 248 253 437 486 507 512 588 591 594 710 729 742 760 776 840 881 919 948 959 **10**091 151 285 352 384 407 422 484 509 552 614 645 647 685 722 747 801 814 844 849 872 900 911 940 942 946.

Serya **D.** na **1000** złr. Nr. 24 32 59 117 133 153 154 164 172 240 269 334 340 354 363 440 445 475 480 523 594 646 673 744 769 910 972 **1**031 053 079 196 254 259 263 284 340 363 398 424 438 449 476 485 591 592 611 654 759

816 838 846 847 912 **2**004 006 012 015 020 029 068 105 126 149 170 201 291 350 352 414 526 540 568 628 647 649 760 774 789 836 858 999 **3**023 040 063 074 112 119 164 214 260 304 314 321 356 373 403 429 508 516 524 649 667 843 855 886 904 945 998 **4**098 099 113 159 211 222 244 263 282 361 396 404 480 670 690 710 798 816 819 863 870 925 **5**102 104 197 223 269 271 304 422 424 465 502 514 559 621 661 728 765 808 854 857 982 **6**038 066 329 369 375 377 487 491 513 530 580 594 663 673 674 689 702 716 752 823 862 874 904 934 977 **7**001 041 067 083 106 169 175 252 256 262 297 334 337 363 391 398 410 464 537 543 588 601 785 946 990 **8**014 050 105 135 181 188 216 232 245 268 295 320 365 386 413 467 476 503 516 524 525 571 581 612 618 792 831 888 912 918 980 **9**040 087 128 188 204 235 311 454 471 492 510 514 599 663 698 736 838 920 960 **10**024 075 208 277 286 329 401 407 442 506 530 563 607 688 749 754 825 947 967 996 **11**119 250 270 307 328 348 353 354 365 381 599 635 683 693 703 705 753 975 985 986 **12**048 074 079 097 113 151 166 215 216 219 228 248 250 264 286 362 379 393 448 475 545 741 759 916 978 **13**043 130 238 274 408 427 443 472 544 642 682 732 770 841 870 890 900 916 919 951 967 974 **14**119 120 124 133 192 268 269 286 314 325 344 424 425 432 532 642 674 785 809 836 885 905 **15**031 077 078 103 106 167 240 278 297 307 322 350 355 357 460 491 526 559 593 622 623 637 659 677 681 688 694 780 824 848 852 856 873 882 941 **16**040 260 311 375 384 386 422 425 612 617 623 701 719 751 780 810 826 840 857 893 956 988 992 **17**024 095 104 187 353 433 442 465 489 513 603 634 686 703 711 804 821 833 846 925 **18**002 011 023 047 056 061 095 096 105 138 181 191 198 253 258 268 270 321 338 396 413 458 459 515 543 578 592 **19**134 339.

Serya **E.** na **5000** złr. Nr. 4 25 40 51 128 131 139 170 214 227 266 348 378 501 641 755 757 766 810 827 873 884 928.

Te wylosowane listy będą wypłacane od dnia 1. Marca 1881 w głównéj kasie galicyjskiego banku hipotecznego i w kasach filialnych w Krakowie, Czerniowcach i Tarnopolu.

LWÓW dnia 31. Sierpnia 1880.

C. k. uprzywil. galic. akcyjny Bank hipoteczny.

L. 4613.

Ks Jòzef Wilczek Kanonik umarł.

Dnia 26. Września 188S o godzinie wpół do 5 po południu przeniósł się do wieczności Ks. Józef Wilczek Doktor Ś. Teologii, Kanonik gremialny Kapituły katedralnéj Krakowskiéj, hon. Tarnowskiéj, Profesor emeryt. Teologii pasterskiéj w biskupiém Seminaryum dyecezalném Tarnowskiém i w Uniwersytecie Jagiellońskim, Dziekan i pro-Dziekan wydziału teologicznego w tymże Uniwersytecie, Członek Akademii Umiejętności Kra-

kowskiéj, Obywatel hon. miasta Tarnowa i Prepozyt Kościoła parafialnego ś. Floryana na Kleparzu w Krakowie.

Ponieważ zmarły X. Józef Wilczek w Dyecezyi Tarnowskiéj znakomite położył zasługi jako Senior Wikaryuszów Katedralnych, jako Profesor Teologii pasterskiéj przez lat niemal 20. jako Referent i Konsyliarz Biskupiego Konsystorza, jako Sekretarz w ochronce sierót, ponieważ nadto ze starszych kapłanów nie ma ani jednego, któryby nie zasięgał Jego rady, Jego pomocy, Jego wiedzy, Biskupi Konsystorz żywi niepłonną nadzieję że Przewielebni dusz pasterze gorącemi modły polecą duszę zmarłego miłosierdziu Bożemu.

Z Biskupiego Konsystorza
w Tarnowie dnia 4. Października 1880.

Mutationes inter Venerabilem Clerum.

Rmus D. **Ludovicus Ruczka**, Decanus et Parochus in Kolbuszowa, nominatus est Canonicus honorarius Capituli Cathedralis Tarnoviensis.

Rmus D. **Stanislaus Walczyński**, Consiliarius et Cancellarius Consistorii Episcopalis Referens actualis, nominatus est Canonicus honorarius Capituli Cathedralis Tarnoviensis.

N. 3616. R. D. *Kumorek Simon*, neoordinatus, applicatus est ad Otfinów.
N. 3806. R. D. *Franciscus Widlarz*, neoordinatus, applicatus est ad Chełm.
N. 3710. R. D. *Joannes Maciaszek*, Cooperator in Grybów, applicatus est ad Ropczyce.
R. D. *Franciscus Ratowski*, Cooperator in Ropczyce. applicatus est ad Grybów.
N. 3807. R. D. *Antonius Rączkiewicz* Coop. in Chełm, constitutus est Administr. spirit. in Okocim
N. 3997. R. D. *Joannes Mościcki*, neoordinatus, applicatus est ad Zawoja.
N. 4180. R. D. *Simon Krupiński*, Vicarius Cathedralis, applicatus est ad Ecclesiam parochialem in Szaflary.
R. D. *Maryniarczyk Mathias*, Coop. in Wojnicz, nominatus est Vicarius Cathedralis.
N. 4311. R. D. *Joannes Leja*, Coop. in Szaflary, translatus est qua talis ad Czarnydunajec.
N. 4314. R. D. *Stephanus Górowiecki*, Coop. in Radłów, translatus est qua talis ad Jakóbkowice.
R. D. *Joannes Wróbel*, Coop. in Myślenice, applicatus est qua talis ad Wojnicz.
R. D *Artur Jarmulski*, applicatus est ad Myślenice.
N. 4677. R. D. *Jacobus Chalcarz*, applicatus est qua Cooperator ad Wadowice (pagum.)
N. 4735. R. D. *Stanislaus Gajewski*, Cooper. in Borzęcin, translatus est qua talis ad Jordanów et
R. D. *Andreas Habryło*, Coop. in Jordanów, translatus est qua talis ad Borzęcin.

Piis ad aram suffragiis commendatur.

N. 3807. Anima A. R D. **Josephi Migdał**, Capellani localis in Okocim, qui die 26. Julii occasione conflagrationis oppidi Brzesko, repentina morte e vivis sublatus est.

JOSEPHUS ALOJSIUS,

Episcopus Tarnoviensis.

E Consistorio Episcopali,

Tarnoviae die 11. Octobris 1880.

Tarnoviae 1880. Typis A. Rusinowski, Typographi ad honores Episcopalis, Impensis Consistorii.